



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1715. usque ad annum 1718

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 13322648

§. 35. Novi motus quorumdam Sorbonæ Doctorum contra Bullæ
acceptationem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67649](#)

Sæc. XVIII.
A. C. 1716.

§. XXXV.

*Novi motus quorumdam Sorbonæ
Doctorum contra Bullæ acceptationem.*

Postquam Ravechetus Facultatis Parisinæ Syndicus plurium Doctorum animos eo inclinabat, ut Facultatis decreta S. Fa-
culty. p. 28.
a Facultate Theologica unanimi con- Dorfanne
fensu fuisse acceptatam declarabatur, Journal.
tanquam *falsum, adulterinum & com- t. 1. p. 246.
mentitium* rejicerent, die secunda Ja- Lafiteau
nuarii novas tricas movendi studio hanc
proposuit quæstionem, utrum Facultas
vel potius illi, qui præfatum decretum
typis imprimi curarunt, præli expen- t. 2. l. 3.
fas solvere teneantur? Ad hanc quæ- pag. 156.
stionem Doctores ad Syndici vota die
quarta ejusdem Mensis concluserunt,
non modo hujus decreti Authoribus
imputandos esse typi sumptus, sed etiam
eorum decretum die 5. Martii
1714. conditum, utpote falsum, adul-
terinum & commentitium ex Faculta-
tis Theologicæ tabulis esse delendum:
perinde ac si hac litura decretum ante
duos annos usque ad hanc diem nullo
reclamante, confirmatum, a Rege ap-
probatum, ejus jussu impressum, cun-
ctisque communicatum, sola pau-

L 4

rum

Sæc. XVIII. rum oppositione, sine ulla judicii
 A. C. 1716 ma, propositione aut deliberatione præmissa, veritatis, & authenticitatis prærogativam exuere posset: Temeraria huic conclusioni sese opponebant Doctorum nonnulli, qui tamen a turbidi ceterorum factione publicis & privatis Facultatis comitiis interveniendi jusspoliabantur: Hæc ubi resciverat Arrianensis Dux Regni Regens, tam horum audaciam tempestive reprimere statuit, veritus, ne impudenter hic Syndicus eo etiam temeritatis progrederetur, ut ipsum quoque Formularium, & Arnaldi censuram evertet: Eapropter die septima ejusdem Mensis ad eundem graves has dedit literas: „Jam ante aliquot dies vestram declarationem typis imprimi vobis inhibui, idem iterum hodie prohibeo, vobisque declaro, nolle me, ut in vestris conventibus directe aut indirecte de Constitutione *Unigenitus* agatis, quod si quis fervidioris animi mei mandatis adversum quid attentaverit, tibi in culpam imputabitur.., Verum Syndicus Ducis mandato adeo non morem gessit, ut etiam Regentis interdictum occultaret veritus, ne, si impositam sibi silentii legem manifestaret, suorum conclusionem proponere, eamque approbari & confirmari præpediretur.

cii for
ne pra
is pr
ueran
nt Do
curbidi
privati
di jun
at Au
, tan
ive re
oudens
is pro
Forme
everti
usden
s dedi
estrati
bis in
hibeo
ut i
: indi
agatis
mei
averti
Verum
o non
is in
si im
staret
eam
edire
tur:

tur: mox ergo sequenti die in publico Sæc. XVIII.
confessu hanc conclusionem die quarta A. C. 1716.

Januarii factam prælegi & confirmari postulavit: Ea audita mox Leulierus Facultatis Decanus intrepido animo sese opposuit, ac generoso Zelo suam oppositionem Notarii publici auctoritate firmari petiit: non minori tamen audacia exclamavit Syndicus: *hoc non patiar, id vetat nobis a Principe imposta silentii lex: cui tamen mox reposuit Decanus, cur ergo tu hanc legem tibi heri impositam prior hodie violasti, an quod alteri nefas est, tibi soli licet? nonne Principis lex aequa vos ac Te obstringit?* Prævaluit tamen turbidorum numerus & potentia; cum ergo plurimi ex Doctribus cernerent, insuper habita omni oppositione ceterorum conclusionem confirmari, & solemne Facultatis decretum conculcari, necnon turbulentis hisce temporibus tantam eorum audaciam nec rationibus nec sua præsentia cohiberi posse, hinc ex Sorbonæ Aula discesserunt, ac viginti duo ex illis ad Parliamentum appellarunt, suæque oppositionis atque appellationis instrumentum confici jusserunt, declarantes, falso prorsus afferi, Facultatis Decretum esse adulterinum & suppositum: Insuper Episcopi non pauci suis Diæcesanis inhibuerunt, ne horum

L 5

Doctb-

Sæc. XVIII. Doctorum Scholas utpote venenatis do
 A. C. 1716. cstrinis infectas frequentarent; imo To
 loniensis Episcopus de la Tour Du Pin
 de Montauban die decima quarta Marti
 decretum edidit, vi cuius declaratur
 quod nullum, qui in Schola cujusdam
 Magistri, qui Constitutionem non ac
 ceptavit, aut acceptationi factæ ob
 stit, studiis vacaverit, ad Statum Ec
 clesiasticum aut ad S. Ordines admitti
 rus esset.

§. XXXVI.

Ravecheti Syndici malæ artes, seditionis ausus.

Lafiteau l. c. Indies magis creverat projecta ad om
 Temoinage né facinus Ravecheti Syndici au
 de l'Eccl. dacia; hujus enim impulsu inquiet
 D'Espagn. Doctores die quinta Februarii hos vi
 pag. 310. ginti duos Magistros, qui sese conclusi
 oni opposuerant, e comitiis suis ex
 cluserunt, jactato obtentu, quod in
 sua oppositione graviorum Doctorum
 modestiam injuriosis verbis offendiscunt.
 Die autem prima Aprilis Ravechetus
 Syndicus Toloniensis Episcopi decre
 tum tanquam scandalosum, schismati
 cum, & calumniosum in Facultatis con
 fessu denuntiabat, habito prolixo ser
 mone, quem typis imprimi jussit. Vi
 cissim vero Episcopus hanc Syndic
 orum